



## Tentatio

De Modis temptandi

Hicere. vi. Cruelis est et non miserebit. Secundo circa modum tentandi nota quod diabolus tentat te peccato ad quod nomen hominem primorem sicut hostis alicuius impugnat castro eius ex parte debiliori Gregorius. Diabolus mores uniuscuiusque respicit cui vitio sunt propinquissimi illa apponit ante faciem quam viderit facilius inclinare mentem. Sicut venator ponit laqueos ubi pluerunt bestie frequentare. In via hac qua ambulabam absconderunt laqueum mihi Abscondit enim peccati penam et ostendit delectationem. Abscondit malum a diabolo sicut pedica sub folio Job. vii. Abscondita est in terra pedica eius et recipula eius super semitas. Itaque sicut laqueus sub grano et venenum sub morsello et hamus sub cibo piscis. Ecclesiastes. i. Quod capiunt pisces hamo et aves laqueo sic capiunt homines in tentationibus malis. Itaque tentat diabolus de re qua provenit recipere medicina curata vitio. Tunc tentavit christum in his tentationibus quibus verba dicit et vicerat primum homines. Cuiusmodi ei incendit lignum quod fuit in igne quod si nunquam fuisset in igne. Et membrum citius frangit ubi prius fractum fuerit quam alibi. Et citius cadit homo in infirmitatem quam quando non habuit quod in aliam tamen bestie et volucres in eadem retia pedicatos non incidunt. Itaque quando non vincit per unam tentationem suggerit aliam Sicut medicus mutat infirmum ad diversa cibaria. Tunc tentavit christum tria tentatione. Matth. iii. Exemplum in vitis patet de illo qui portabat diversa genera potestatis. Rex enim cum castro non potest vincere in parte una impugnat ex altera. Tunc. i. Reg. xxi. Philistinum quod israel in montana vincere nequiverunt ad campestris descendunt. quia fugiens superbia cadit in luxuriam vel avaritiam. ysa. xxi. Qui fugerit a facie fornicationis vel avaritiae cadit in foueam luxuriae et qui se explicaverit de fouea tenebitur laqueo superbie. Tunc dicit Augustinus. Proferunt vos esse volo scientes neminem super terram absque tentatione victurum. cui si forte tollit una aliam securus expectet. Itaque tentat sub specie necessitatis vel alicuius utilitatis. ut quando suggerit voluptatem carnis sub specie discretiois sub bona mente rem falsam vendit. Gregorius. Omnes suis vitiis fauent et quod ad voluptatem carnis fauent et quod ad voluptatem carnis faciunt ad necessitatis referunt actionem et sub specie virtutis vitium voluptatis excusant. Et non quod non potest dici teneri castro ubi non sunt homines fortes et se defendentes. Tunc cum obsident castra mittunt extra parvulos et mulieres. quod non sunt utiles ad bellandum. Sic facias de corde tuo ut cogitationes pueriles et affectus molles extra mittas et fortes et viriles in retineas. Mulieres sunt cogitationes et affectiones circa carnalia versantes. ut dicit Mattheus. Ecce populus tuus in medio tui quasi mulieres. Parvuli in castro cordis sunt affectiones terrenorum parvulus est plus diligit pomum quam regnum. Proverbia. Usque quo parvulus diligit infantiam et stultitia que sibi sunt nota cupient. Itaque tentat peccando sicut leccator primo sollicitat mulierem peccando. postquam ab eo semel corrupta est sequitur eum non rogata. nec habet audaciam postea aliquid ei denegare sed contra cor suum obedit ei in omnibus. Sic anima a diabolo semel oppressa per sensum peccati non habet amplius audaciam ei resistendi. post dicit illud Hieronimus. Adamam alienos et per eos ambulabo.